

LIBER GENESIS 23,1-20 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Der Kauf des Erbbegräbnisses

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Vixit autem Sara centum viginti septem annis.

*Et fuerunt vitae Sarah centum anni & viginti anni & septem anni, anni vitae
Sarah.*

(X) Et facti sunt dies omnes vitae Sarrae septem et viginti et centum anni.

(H) Vixit autem Sarra centum viginti septem annis.

Vixit autem Sara centum viginti septem annis

Es betrug das Leben Saras hundert Jahre und zwanzig Jahre und sieben Jahre – das die Jahre des Lebens Saras.

Des Lebens Sfaras wurden hundert Jahre und zwanzig Jahre und sieben Jahre, so die Jahre des Lebens Sfaras.

2 Et mortua est in civitate Arbee, quae est Hebron in terra Chanaan: venitque Abraham, ut plangeret & fleret eam.

Et mortua est Sarah in Chiriatharbah, ipsa Chebron in terra Chenaha. Et venit Abraham ad plangendum Sarah, & ad lugendum eam.

(O) Et mortua est Sarra in civitate Arboc quae est in valle haec est Chebron in terra Chanaan (A) venit autem Abraham plangere Sarram et lugere.

(H) Et mortua est in civitate Arbee quae est Hebron in terra Chanaan venitque Abraham ut plangeret et fleret eam.

Et mortua est in Cariatharbe, quae est Hebron, in terra Chanaan; venitque Abraham, ut plangeret et fleret eam.

Da starb Sara in Kirjat Arba, das ist Hebron im Lande Kanaan, und Abraham kam, um der Sara Klage zu halten und sie zu beweinen.

Und Sfara starb in Arba-Burg, das ist Hebron, im Lande Kanaan.

Abraham ging hinein, um Sfara zu klagen und sie zu beweinen.

3 Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens:

Et surrexit Abraham desuper facies mortui sui, & locutus est ad filios Chet, dicendo:

(I) Et surrexit Abraham a mortuo suo (A) et dixit filiis Heth.

(H) Cumque surrexit ab officio funeris locutus est ad filios Heth dicens.

Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth dicens:

Und Abraham stand von seiner Toten auf und redete zu den bene Het wie folgt:

Dann stand Abraham auf vom Angesicht seiner Toten und redete zu den Söhnen Chets, sprechend:

4 Advena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum.

Peregrinus & incola ego vobiscum: Date mihi possessionem sepulchri vobiscum, & sepeliam mortuum meum a facie mea.

(I) Peregrinus et advena sum ego vobiscum (L) date ergo mihi possessionem monumenti et sepeliam mortuum meum.

(H) Advena sum et peregrinus apud vos date mihi ius sepulchri vobiscum ut sepeliam mortuum meum.

“Advena sum et inquilinus apud vos; date mihi possessionem sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum.”

Fremdling und Beisaß bin ich bei euch, gebet mir einen Grabbesitz bei euch, dass ich meine Tote vor mir begrabe.

Gast und Ansasse bin ich bei euch, dass ich meine Tote vom Angesicht mir begrabe.

5 Responderunt filii Heth, dicentes:

Et responderunt filii Cheth ad Abraham, dicendo ei:

(A) Responderunt autem filii Heth ad Abraham dicentes.

(H) Responderuntque filii Heth dicentes.

Responderunt filii Heth dicentes:

Da antworteten die bene Het dem Abraham, indem sie Folgendes zu ihm sagten:

Die Söhne Chets antworteten Abraham, zu ihm sprechend:

6 Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum.

Audi nos domine mi: Princeps Dei tu in medio nostri in electione sepulchrorum nostrorum sepeli mortuum tuum. Vir e nobis sepulchrum suum non prohibebit a te a sepeliendo mortuum suum.

(A) Absit hoc domine (I) audi nunc et nos (E) rex a deo tu es in nobis (I) in electis monumentis nostris sepeli mortuum tuum (A) nemo enim nostrum prohibet te a monumento suo ut sepelias mortuum tuum ibi.

(H) Audi nos domine princeps dei es adud nos in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum nullusque prohibere te poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum.

“Audi nos, domine, princeps Dei es apud nos: in nobilissimo

sepulcrorum nostrorum sepeli mortuum tuum; nullusque te prohibebit, quin in sepulcro eius sepelias mortuum tuum.”

Höre uns an, mein Herr! Ein Gottesfürst bist du in unserer Mitte! Im vorzüglichsten unserer Gräber begrabe deine Tote! Keiner von uns wird sein Grab vor dir verschließen, dass du deine Tote begrabest.

Höre uns an, mein Herr! Ein Fürst Gottes bist du in unsrer Mitte, im erlesensten unsrer Gräber begrab deine Tote! Niemand von uns wird sein Grab dir versagen, deine Tote zu begraben.

7 Surrexit Abraham, & adoravit populum terrae, filios videlicet Heth.

Et surrexit Abraham, & incurvavit se populo terrae, filiis Cheth.

(A) Exsurgens autem Abraham adoravit populum (plebem) terrae filiorum Heth.

(H) Surrexit Abraham et adoravit populum terrae filios videlicet Heth.

Surrexit Abraham et adoravit populum terrae, filios videlicet Heth, Da stand Abraham auf und verneigte sich zu dem Volk des Landes, zu den bene Het.

Abraham stand auf, er verneigte sich vor dem Volke des Landes, vor den Söhnen Chets.

8 Dixitque ad eos: Si placet animae vestrae, ut sepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor:

Et locutus est cum eis, dicendo: Si est cum anima vestra ad sepeliendum mortuum meum a facie mea, audite me & orate mihi erga Hephron filium

Sochar.

(I) Efron filium Saar.

(H) Dixitque ad eos si placet animae vestrae ut sepeliam mortuum meum
audite me et intercedite apud Ephron filium Soor.

**Dixitque ad eos: “Si placet animae vestrae, ut sepeliam mortuum meum,
audite me et intercedite pro me apud Ephron filium Seor,**

**Und er redete zu ihnen also: Wenn es euch dann genehm ist, dass ich
meine Tote vor mir begrabe, so höret mich an: Verwendet euch für mich
bei Ephron, Sohn des Sohar,**

**Und redete mit ihnen, sprechend: Ist ´s denn nach eurem Sinn, dass ich
meine Tote vom Angesicht mir begrabe, so hört mich an: Tretet ein für
mich bei Efron, dem Sohne Zochars,**

9 Ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui:

pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri.

*Et dabit mihi speluncam duplicem quae ei, quae in fine agri sui. In argento
pleno det eam mihi in medio vestri in hereditatem sepulchri.*

(S) Speleum duplicem

(H) Ut det mihi speluncam duplicem quam habet in extrem aparte agri sui
pecunia digna tradat mihi eam coram vobis in possessionem sepulchri.

Ut det mihi speluncam Machpela, quam habet in extrema parte agri sui.

Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulcri”.

**dass er mir gebe die Höhle der Machpela, die ihm gehört, die am Ende
seines Feldes ist; um vollgewichtiges Geld gebe er sie mir in eurer Mitte**

als Grabbesitz.

dass er mir die Höhle auf Machpela abgebe, die ihm gehört, die am Rand seines Angers, um den vollen Silberwert gebe er sie mir in eurer Mitte zur Grabhufe.

10 Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditque Ephron ad Abraham, cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens:

Et Hephro sedens in medio filiorum Chet. Et respondit Hephro Chittaeus Abraham in auribus filiorum Chet, omnibus ingredientibus portani civitatis suae, dicendo:

(H) Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth responditque Ephron Hethaeus ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius dicens.

Sedebat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditque Ephron Hethaeus ad Abraham, filiis Heth audientibus cunctis, qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens:

Ephron aber saß inmitten der bene Het, und es antwortete Ephron der Hettiter dem Abraham vor den Ohren der bene Het, d.h. aller, die in das Tor seiner Stadt eintraten, also:

Efron hatte Sitz inmitten der Söhne Chets. Efron der Chetiter antwortete Abraham vor den Ohren der Söhne Chets, aller, die Zugang hatten zum Torrat seiner Stadt, sprechend:

11 Nequaquam ita fiat, domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncam quae in eo est, praesentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum.

Non Domine mi, audi me: Agrum dedi tibi, & speluncam, quae in eo, tibi dedi eam, in oculis filiorum populi mei dedi eam tibi, sepeli mortuum tuum.

(H) Nequaquam ita fiat domine mi sed magis ausculta quod loquor agrum trado tibi et speluncam quae in eo est praesentibus filiis populi mei sepeli mortuum tuum.

“Nequaquam ita fiat, domine mi, ausculta me. Agrum do tibi et speluncam, quae in eo est, praesentibus filiis populi mei; sepeli mortuum tuum”.

Nein, mein Herr, höre mich an: Das Feld – ich gebe es dir, und die Höhle, die darin ist – dir gebe ich sie, angesichts der Söhne meines Volkes gebe ich sie dir. Begrabe deine Tote!

Nicht so, mein Herr, höre mich an! Ich gebe den Acker dir, die Höhle darauf, dir gebe ich sie, vor de Augen der Söhne meines Volkes gebe ich sie dir, begrabe deine Tote!

12 Adoravit Abraham coram populo terrae.

Et incurvavit se Abraham coram populo terrae.

(H) Adoravit Abraham coram populo terrae.

Adoravit Abraham coram populo terrae

Da verneigte sich Abraham vor dem Volke des Landes.

Abraham verneigte sich vor dem Volke des Lands.

13 Et locutus est ad Ephron circumstante plebe: Quaeso, ut audias me: Dabo pecuniam pro agro; suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in eo.

Et locutus est ad Hephron in auribus populi terrae, dicendo: Verum, si tu utinam audias me: dedi argentum agri, cape a me, & sepeliam mortuum meum ibi.

(H) Et locutus est ad Ephron circumstante plebe quaeso ut audias me dabo pecuniam pro agro suscipe eam et sic sepeliam mortuum meum in eo.

Et locutus est ad Ephron, audiente populo terrae: “Quaeso, ut audias me. Dabo pecuniam pro agro; suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in eo”.

Und redete zu Ephron vor den Ohren des Volkes des Landes also: Nicht doch – so du – wenn doch – höre mich an: Ich gebe den Preis des Feldes, nimm es von mir an, und ich will meine Tote dorthin begraben!

Und redete zu Efron vor den Ohren des Volkes des Lands, sprechend: Aber möchtest du selbst mich nur hören! Ich gebe den Silberwert des Angers, nimm ihn von mir an, dass ich dorthin meine Tote begrabe.

14 Responditque Ephron:

Et respondit Hephron Abraham, dicendo ei:

(H) Respondit Ephron:

Respondit Ephron ad Abraham dicens ei:

Da antwortete Ephron dem Abraham, indem er Folgendes zu ihm sagte:

Efron antwortete Abraham, zu ihm sprechend:

15 Domine mi, audi me: Terra, quam postulas, quadringentis siclis argenti valet;

istud est pretium inter me & te, sed quantum est hoc? Sepeli mortuum tuum.

Domine mi, audi me: Terra quadringentorum siclorum argenti inter me & inter te, quid ipsa? Et mortuum tuum sepeli.

(H) Domine mi audi terram quam postulas quadringentis argenti siclis valet istud est pretium inter me et te sed quantum est hoc sepeli mortuum tuum.

“Domine mi, audi me. Terra quadringentorum siclorum argenti inter me et te quid est hoc? Sepeli mortuum tuum”.

Und Mein Herr, höre mich an: Land von 400 Sekel Silbers zwischen mir und dir, was ist das! Und deine Tote begrabe!

Mein Herr, höre mich an! Ein Landstück, vierhundert Gewicht Silber wert, zwischen mir und dir, was ist das! Und deine Tote begrabe!

16 Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, Audientibus filiis Heth; quadringentos siclos argenti probatae monetae publicae.

Et audivit Abraham ad Hephron, & appendit Abraham ipsum Hephron argentum, quod locutus fuerat in auribus filiorum Cheth, quadringentos siclos argenti transeuntis ad mercatorem.

(O) Et audivit Abraham Efron et appendit Abraham Efron argentum quod locutus est in auribus filiorum Heth (E) quadringenta didragma argenti (S) probi negotiantibus.

(H) Quod cum audisset Abraham appendit pecuniam quam Ephron

postulaverat audientibus filiis Heth quadringentos siclos argenti et probati monetae publicae.

Auscultavit Abraham Ephron et appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti, sicut mos erat apud negotiatores.

Und Da hörte Abraham auf Ephron, und Abraham wog dem Ephron das Geld zu, das er vor den Ohren der bene Het genannt hatte, vierhundert Sekel Silber, gangbar beim Kaufmann.

Abraham hörte auf Efron, so wog Abraham Efron den Silberwert zu, den er vor den Ohren der Söhne Chets geredet hatte: Vierhundert Gewicht Silber, wie ´s umläuft beim Händler.

17 Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre; tam ipse, quam spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum.

Et stetit(?) ager Hephron, qui in duplicate qui ad facies Mamre; ager, & spelunca quae in eo, & omnis arbor quae in agro, quae in omni termino eius circum.

(X) Ager spelei duplex quod est contra faciem Mambre.

(H) Confirmatusque est ager quondam Ephronis in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre tam ipse quam spelunca et omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum.

Confirmatusque est ager Ephronis, qui erat in Machpela respiciens Mambre, tam ipse quam spelunca in eo et omnes arbores eius in cunctis

terminis eius per circuitum.

So wurde erstanden das Feld Ephrons, das in der Machpela ist, das vor Mamre ist, das Feld und die Höhle, die in ihm ist, und jeder Baum, der im Felde ist, der in seinem ganzen Gebiet ringsum ist.

So erstand der Anger Efrons, der auf Machpela, der angesichts Mamre, der Anger samt der Höhle, die darauf ist, und alle Baumpflanzung, die auf dem Anger ist, die rings in all seiner Gemarkung ist.

18 Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam civitatis illius.

Ipsi Abraham in acquisitione in oculis filiorum Cheth, in omnibus ingredientibus portam civitatis eius.

(H) Abrahæ in possessionem videntibus filiis Heth et cunctis qui intrabant in portam civitatis illius.

Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth cunctis, qui intrabant portam civitatis illius.

Von Abraham als Kauf vor den Augen der bene Het, d.h. aller, die in das Tor seiner Stadt eingingen.

Dem Abraham zu Käuferwerb vor den Augen der Söhne Chets, aller, die Zugang hatten zum Torrat seiner Stadt.

19 Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quae respiciebat Mambre; haec est Hebron in terra Chanaan.

Et postea sepelivit Abraham Sarah uxorem suam in spelunca agri duplicis

super facies Mamre; haec Chebron in terra Chanahan.

(I) Et post haec sepelivit Abraham Sarram uxorem suam in spelunca duplici quae est contra Mambre haec est Chebron in terra Chanaam.

(H) Atque ita sepelivit Abraham Sarram uxorem suam in spelunca agri duplici qui respiciebat Mambre haec est Hebron in terra Chanaan.

Deinde sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri Machpela, qui respiciebat Mambre - haec est Hebron - in terra Chanaan.

Und nach diesem brachte Abraham sein Weib Sara zu Grabe in die Höhle des Feldes der Machpela vor Mamre, das ist Hebron im Lande Kanaan.

Danach begrub Abraham Sfara sein Weib in die Höhle des Angers auf Machpela, angesichts Mamre, bei Hebron also, im Lande Kanaan.

20 Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abrahae in possessionem monumenti a filiis Heth.

Et stetit ager & spelunca quae in eo, ipsi Abraham in possessionem sepulchri, a filiis Cheth.

(E) Et adductus est ager et spelunca quae in eo erat Abrahae in possessionem

(I) sepulturae a filiis Ceth.

(H) Et confirmatus est ager et antrum quod erat in eo Abrahae in possessionem monumenti a filiis Heth.

Et confirmatus est ager et antrum, quod erat in eo, Abrahae in possessionem sepulcri a filiis Heth.

Und es war erstanden das Feld und die Höhle, die darin ist, von seiten

Abrahams als Grabbesitz von den bene Het.

So erstand der Anger samt der Höhle, die darauf ist, dem Abraham, von den Söhnen Chets, als Grabhufe.